

Samuel Bohl Peder Hermansen

Disputatio Tertia Pro Ministerio Sensus In Scriptura Sacra Ex Accentibus

Recusa, Rostochii: Mederus, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739700995>

Druck Freier  Zugang



Vert.: J. Buchelius, Disp. I.
N. Jüngius, Disp. II.
P. Hermannides, Disp. III.
D. Kruanus, Disp. IV.
M. Marci, Disp. V.
P. Wepinus, Disp. VI.

L. Bohl.

R. U. Theol. 1636.
1637.

Conteuta:

- ① J. Bohl: Prooemium
- ② J. Michaelis: Disp. I.
- ③ K. Jüngerius: Disp. II.
- ④ P. Hermannides: Disp. III.
Pro ministerio 1637
- ⑤ D. Kinanus: Disp. IV.
Pro ministerio 1636
- ⑥ A. Maici: Disp. V.
Pro ministerio 1637
- ⑦ P. Wregius: Disp. VI.
Pro ministerio 1637

DISPUTATIO TERTIA
PRO MINI-
STERIO SENSUS IN
SCRIPTURA SACRA
EX
ACCENTIBUS

Quam
D. O. M. A.


PRÆSIDE

M. SAMUELE BOHL,
Gryphenberg. Pomer.

*In Academia Rostochiensis examinanda
publice proponit*

PETRUS HERMANNIDES,
Hafnien. Dan. pietatis VVinstrupio-
Resenianæ alumnus.

*Habebitur in Auditorio majori ad diem 12. Novemb. 1636.
horis antemeridianis.*



ROSTOCHII,

Recusa litteris MICHAELIS MEDERL

Anno M. DC. XXXVII,





I.

Nuper ego generaliter certitudinem accentuum proposui, tam ministerium sensus quam consequutionem nobis notam esse debere evici. Jam, cum ante me de Consequutione satis multa sint scripta; ego ea prætermissa tantum Deo duce, demonstrabo: *Cuinam sensui talis vel talis accentuatio inserviat.* Nemo mihi, quod sciam, glaciem frengit; ignoscent ergo docti tam in hac quam in reliquis Academicis, si forsan non tam accuratè in omnibus primùm rem tetero. Agam ut postea elaboratius totum hoc compendiosius divulgetur, protestatus me nihil studio novitatis: sed verè veteris inquirendæ ergo omnia proponere. Nam sanè non me adegit ad hunc immensum laborem curiositas; sed perpetua dubitatio in Scriptura Sacra. Credo enim quod Script. S. sit facilis & perspicua: at non video, quomodo; quando dicere teneor; *hic locus potest ita, poterit etiam aliter* (de constructione loquor) *explicari.* Tentatum ergo venio, numnè hoc odiosum dictionum possit proscribi, & ex Academicis relegari, ut cum gloria revocetur aureum illud & divinum elogium: *Hoc dictum ita, & non aliter constructur.* Agam ergo *Auctorem*, Patronos vel quasi hujus rei inventurum me esse arbitror in hac nostra Academia, quæ jam, reliquis Martis onere pressis, sola in Germania pro tempore florere videtur, & doctis ex fundamento me exercere valentibus abundat: Judices constituet tandem materiæ evidentia. Si hæc assequar, Deum laudabo: Sin minus satis erit in magnis aliquid voluisse. At eventus docebit omnia.

2. Ut autem ita disputem, ut & ipse methodum justam non præteream, nec alij sine fructu hæc legere, jure dici queat; petam primo dari principia ex quibus disputem. In hac autem disputatione peto dari Athnach, ut ego dem Zakephkaton. Erit quando non Athnach sed Silluc postulaturus sum, ex cujus constitutione de absentia & presentia Imperatoris Athnach necessitate

fitate differere possum. Tandem nec Athnach nec Silluck quaeram, sed sensum, & ex sensu taliter & taliter constituto demonstrabo, quinam versus debeat habere Athnach, qui non & cur &c.

3. Jam propono: quando Athnach ante se unicum Regem sin Ducibus vel Seruis superioribus requirat. Quamvis enim eadem in sensu absoluto videatur esse ratio ducum superiorum quæ est Inferiorum; tamen placuit, ut paulatim & pedetentim, id quod quaero assequar, tantum eum sensum proponere, in quo ratione positus vocabulorum ante Athnach, post Zakephkaton requiratur Tipcha, vel ante Zakephkaton non Pstha; sed Munach & suo modo Jetibh. De ducibus superioribus & de eorum ut & fervorem aliorum necessario, inevitabili & perpetuo, nullasq; exceptiones admittente loco agam in subseq. Disputationibus. Unde liquet nec hujus Disputationis materiam esse duplex Zakephkaton, Rebhia & Zakephkaton ante Athnach & Pstha ante Zakephkaton: simplicissimè enim primum Athnach & Zakephkaton cum inferioribus ducibus & ministris propono, ut huic themati postmodum plura superaddens tandem in infallibilem & exoptatam certitudinem deveniam.

4. Reg. i. Propositio quæ per duos & aliquando per tres, mediante præsertim Jetibh, ministros effertur (refertur enim in hoc casu etiam ipsum Zakephkaton ad ministros respectu superioris, aliàs rectius dicitur quæ per unum & aliquando per duos mediante Jetibh) habet Zakephkaton, quando ea repetita vel simpliciter vel concrete, vel cum determinatione utriusq; partis trahitur ad Athnach. e. g. Es. 33 v. 16. **הוא מרומים ישכן** est propositio, repetitur ea, cum dicitur: **מצרות סלעים משגבו**. Ergo prima habet Zakephkaton, quia altera pars habet Athnach. Similis est forma v. 21. nam Dominus Judex noster, Dominus legislator noster. Sed de ea ob accentus superiores & ratione accuratori, quare non inferiores maneant, dicam in alia. Cum priori Exemplo concordat Es. 34. v. 3. **והלליהם** 2. Sam. i. v. 20. **תגירו** Jer. 8. 9. **אוי-לי** Jer. 14, 2. **קול** Jer. 3, v. 21. **הכב** Jer. 10, v. 15. **כל** Jer. 30, 14. **כל** Jer. 36, 24. **אכלה** Jer. 22, 10. **אל-הככו** Jer. 27, 18. **ואם** Jer. 30, 14. **כל** Jer. 30, 7. **לה** Jer. 50, 7. **והדרישו** 2. Reg. 18, 36. **אל-ונוס** cap. 46, 6. **ולא**

51, 32. והמעברות v. 41. Ezech. 1, 21. כלכתם Ezech. 7, v. 17.
 ב. החרב cap. 20, 4. התשפוט cap. 30, 3. כי & cap. 32. ונטשתיך v. 14.
 ו & exempla multa alia, quæ studio prætermitto, hæc confir-
 mabunt.

5. Iuvabit autem si huic regulæ generali inserantur spe-
 cialiores, quæ postmodum commodè cum materia hæc prodie-
 rit elaboratio unam rectè limitatam constituere poterunt. Re-
 fero ergo primum ad hanc regulam futurum conversivum se-
 quente alio conversivo, cum suis subjectis & prædicatis. Præ-
 teritum conversivum sequente alio conversivo, & utrobique et-
 jam simplex Gen. 27, 40. ועל-חרבך Deut. 2, 27. אעברה Deut. 13,
 8. לא תאכה Deut. 16, 19. לא Gen. 31, 4. וישלח Gen. 38, 15. ויראה
 Exod. 2, 22. ותלך Exod. 7, 23. ויפז פרעה cap. 19, 7. ויבא Exod. 4, 15.
 ויראיהו Exod. 22, 24. וחרה Lev. 6, 11. ופשט Num. 27, 13. ויראיהו
 Deut. 6, 7. לא תשב Deut. 17, 19. והיתה Est. 13, 20. וישב
 3, 5. ויאמר Jud. 9, 21. ויבס Jud. 11, 38. ויאמר Jud.
 15, 4. וילך cap. 16, 21. ויאחזוהו Jud. 18, 15. ויטורו 1. Sam. 13, 15.
 ויקם 2. Sam. 11, 3. וישלח Ezech. 3, 24. ותבא Ezech. 16, 9. ואתחזק v. 10.
 ואלבשך Deut. 29, 6. לחם Ol. 7, 15. ואני Jer. 17, 23. ולא שמעו E-
 zech. 8, 3. וישלח cap. 38, 4. ושובבתיך Gen. 38, 19. ויקם & c.

6. Pergo, & ad hanc regulam reduco etiam eum sensum,
 qui consistit in variatione & reductione temporis, ut quando
 prius membrum habet vau conversivum, alterum ipsum præte-
 ritum & e contra. Ex hoc principio sanè multa suo tempore in
 posito vocum rectificabuntur, ita ut iis, qui quære re solent, cur
 Spir. Sanctus ut præteritum notaret, futurum converteret, &
 contra; Cur non retinuerit naturale tempus, satisfiet, cum ad ir-
 refutabilem certitudinem, & fugam vel minimæ speciei ambi-
 guitatis in Script. Sac. ratione constructionis, confugero. Hic
 brevibus quædam exempla thesæos. Deut. 30, 8. ואתה Jer. 3, v. 3.
 וימנעו Num. 15, 40. למען 2. Sam. 14, 31. ויקם 2. Sam. 13, v. 37.
 ויאבשלו 2. Reg. 14, 22. ויאבשלו

7. Suo etiam modo ad hanc regulam referuntur nomi-
 na concretescentia quæ possunt dirigi ad communem normam,
 juxta quam & futurum primum & alia verba, ob repetitionem
 huic

huic regulæ subjacent; sicut videmus in Futuro primo, cum
 subsequente vocativo, si idem vel futurum secundum ad esse,
 sequatur; ut & in nominibus distributis sparsim hæc regula tra-
 ctabitur & hic & alibi. Jam sufficiat thesicos dare exempla.
 Deut. 31. v. 6. חזקו Gen. 32, 14. עזים Exod. 27. 10 ועמדו Lev. 21.
 v. 20. ארנבן Num. v. 23. 25 29. 31. 35. 39. 41. 43. פקדיהו v. 40.
 לבני, quæ etiam non incommodè ad regulam כאשר reduci
 possunt. Num. 14, 38. ויהושע Num. 31. v. 31. ויעש משה 1. Sam.
 30, v. 10. ויררף Num. 32. v. 26. טפנו Num. 34. v. 23. לבני Deut. 28.
 v. 37. והיות Jud. 5. v. 3. שמעו Esa. 33. v. 15. הלק צדקות Jerem. 3.
 v. 22. שוכו Hof. 4. v. 2. אלה Num. 31. 4. אלפ.

8. Reg. 2. Ante Exordium elogij vel dicti, cum dicen-
 dum vel dictum allegatur, sensui inservit Zakephkaton, ita ut
 prior pars dicti, si plures dentur, trahatur ad Athnach. Ante-
 quam ad confirmationem in exemplis descendam, sensum re-
 gulæ prius demonstrabo. 1. Samuel. 23. versu 21. ויאמר שאול
 ליהוה ברוכים אתם. Hic habemus elogium seu dictum ante-
 exordium seu allegatio est ויאמר שאול, quod necessariò re-
 quirat Zakephkaton. Dictum ipsum: ליהוה ברוכים אתם
 ut partem priorem אֶת Athnach signat. Jam ad inductionem
 quorundam Exemplorum omnia enim allegare nimis foret o-
 perosum, 1. Sam. 28. 16. תשאלנו ואלה ויאמר שמואל ואלה cap. 30.
 v. 23. אמר יהוה ויאמר רוד לא תעשו בן אחי Jerem. 15. v. 11. אמר יהוה
 כה אמר יהוה Jerem. 19. v. 1. כה אמר Jerem. 26.
 4. ויאמר אליו ויאמר אליהו 1. Reg. 13. 14 ויאמר אליהו Cant: 2, 8. קול
 דברו רברי. ויאמר כה אמר Of. 10. v. 4. ויאמר כה אמר Ezech. 38 v. 3.
 ויאמר משה Exod. 5. v. 5. ויאמר פרעה cap. 10. v. 25. ויאמר משה cap. 11. 4.
 ויאמר לבנך Deut. 6, 21. ויאמר לי cap. 32, 23. ויאמר משה
 Num. 14, v. 11. ויאמר יהוה Gen. 1, v. 6. ויאמר אלהים in quo
 capite apparet esset repugnantia; sed infra solvetur.

9. Extenditur hæc regula etiam ad terminum athnachan-
 dum cum alias etiam terminus alleganti inferi soleat. Prius re-
 ferimus ad regulam tertiam: hujus aliqua exempla proponi-
 mus, Nam ne hic quidem periodus alloprofallos ratione me-
 thodi locum sortiri potest & debet. Deut. 33. vers. 8. ואלוי אמר
 חסידך

לזי, alia exempla
 theos vide Gen. 29, 26. ויאמר לבן cap. 39, v. 17.
 וידבר אליו Exod. 5, 21. ויאמרו אלהם Deut. 33, 13. ויאמר v. 18.
 ולבולן אמר v. 22. וילדן v. 23. ולנפתלי &c. Jud. 7, v. 17. ויאמר cap. 8, v. 2.
 ויאמר זאמרת Jer. 11, 3. ויאמרת אליהם cap. 15, 11. ויאמר יהוה Jer. 26, 4.
 ויאמרת אליהם Ezech. 12, 10. ויאמר אליהם cap. 37, 9. ויאמר אלי quæ cõ-
 tra venire videntur repositi & resolti in fine hujus disputatio-
 nis, ne regulas exceptionibus turbarem, præfertim cum nove-
 rim etiam regulas generales ita posse formari, ut omnes exce-
 ptiones in se contineant. Perspicuitatis autem gratia, præfer-
 tim ubi nondû nota est materia lectori, hanc methodum selegi-

10. Reg. 3. Verbum cum Nomine habet Zakephkaton,
 quando Accusativus legitimatus Athnach. Late patet hæc re-
 gula. Exemplis rem confirmabo: prius autem demonstrabo
 ויקרנה ירמיהו ויקרנה בן נריה. Hic ויקרנה ירמיהו
 est nomen cum verbo. Accusat: legitimatus est ויקרנה בן נריה.
 Sic etiam loco futuri conversi valet præteritum ratione positus.
 ex contextu & particulis requisiti præcedente Nomine. Exem-
 pla 2. Reg. 11, 13. ותשמע Gen. 26 11. ויצו אבימרך cap. 31, 20.
 ויגנב cap. 50 25. וישבע Jer. 38, 10. ויצוהו cap. 36, 5. ויצוהו 1. Reg. 3, v. 1.
 ויכתב Jerem. 51, v. 60. ויתחתן

11. Notandum hic est, Nomen prioris membri posse oc-
 cultari in verbo, in cuius rei indicium pro aptitudine vocis solet
 vox habere duos accentus tonicos, quorum primum ex senten-
 tia Grammaticorum vocabo Euphonicum seu Mozagh 2. Reg.
 9, 7. אר־ ביה אהאב ארניך והכיתיה & percuties
 familiam Achabi seu posteros, qui tui domini sunt vel esse pos-
 sunt אר־ ביה אהאב ארניך ויחיתיה. ויחיתיה habet in se nomen, & est aptum simul habere
 accentum, quem dixi euphonicum ex sententia scriptorum:
 Confer 2. Reg. 10, 27. ויאצו Ezech. 23, 21. ותפקרי Ezech. 32, 9.
 ותכעסתי Ezech. 43, 21. ולקחה Conferatur Jer. 9, 14. וילכו Jer.
 30, 9. ועברו Exod. 28, v. 9. ולקחה Exod. 29, v. 19. ולקחה Jer. 45, 5.
 ושמרתו Exod. 40, 6. וינתתהו Deut. 6, 5. ואתבת c. 8, 6.
 Ex quibus constat Nomen aliquando latere in Verbo; de quo dis-
 ferendi amplior suppeditebitur materia, cum ad Pitha aut Za-
 kephkaton devenero.

12. Et scicadum est etiam tunc quando Nomen latet, posse pro ratione sensus particulam separabilem priori inciso includi 1. Reg. 2. v. 43. **ומרו על אשמרת** ubi duæ etiam particule verbum concretum afficiunt. Hinc consecrarium etiam aliud; Nomen extra latens, modo rationem particulæ sortiatur, priori inciso posse inferi 1. Reg. 6, v. 23. **ויעש כרכיר** quid **כרכיר**? nomen quidem & tale quod ad **שם** Ebræum reducere possum. Sic 1. Reg. 7. v. 37. **כזאת עשה** &c. quid **כזאת**? **ככה** est. Quomodo Dativus & Accusativus extra latens Nomen possit occupare locum primi incisi, infra proponam. De participio autem non opus erit ut agam: notum est, quando Verbi naturam induat Gen. 19. v. 13. &c. **כי משחתים אנחנו את המקום הזה**.

13. Taliter constitui debebat prior pars incisi magni. Altera pars continet, ut diximus, Accusativum, eumq; legitimum & nobilem, cujus privilegiis gaudere faciunt alios, vulgo dictos casus obliquos, particulæ, quibus mediantibus relatio subjecti ad prædicatum notatur. Et extra has etiam Verba in sensu Accusativum representantia huic canoni subjacent; ex quo principio etiam tempus Infinitum, quod aliàs determinabat Verbum finitum, vel ad minimum determinare debebat incisum prius desertum, se ad incisum alterum confert, ut ibidem in terra nominum vivens, ipsum etiam Nomen dici mereatur. Et, ut compendium descriptionis faciam, ad hunc Accusativum reduco etiam terminum communem.

Hujus Theseos membrum seorsim unico exemplo demonstro, inde confusè omnia superaddam, 1. Reg. 11. 30. **ויהפש ויהפש בשלמה** ubi **ב** in **בשלמה** particula medians est, quæ mediante respectus subjecti ad prædicatum involvitur, Deut. 6, 12. **השמר לך מן השכח** id est, non obliviscentiam Iehovæ. Gen. 27. v. 11. **ויאמר יעקב אל רבקה אמו**; ubi terminus est **רבקה אמו**, Lev. 10, 10. **ויהי הקדש בין הברזל** i. e. illud quod est sanctum & id quod est prophanum. Exod. 18, 9. **ויהי מזור על** i. e. cum gaudio audiebat illa &c. Exod. 19, 4. **אתם ראיתם** vos vidistis, **אשר עשית למצרים** facta mea Ægyptiaca, uti videt lector etiam verbum in sensu nominalscere. 1. Sam. 23, v. 27. **ומלאץ בא**

אל שאול

אל שאול לא ubi **אל שאול** est terminus; ut & nuncijs conve-
 niebat seu adibat Regem Saulum his verbis, 2.Sam. 6, v.18. **ויכל**
וירור, & cessavit David **מהעלור** ab offerre, sensus est: Et finie-
 bat David oblationem Gen. 47; 5. **פרעה ויאמר** & 34, 4. **ויאמר**
ויצופרעו Gen. Exod. 6. II. **בא רבר** Exod. I. v. ult. **ויצופרעו**
 34, v. 3. **ותרבק** Exod. 8, 25. **ויקרא פרעו** I. Sam. 14, 46. **ויעל**
והענבו 2. Reg. 5, v. 6. **והענבו** Ezech. 23, 20. **וסמך** Lev. I. 4. **שאו**
וילך האיש Jud. 1, v. II. **משם** **וילך** Jud. 1, v. 26. **ויתב מאר** 2, Reg.
 I. Sam. 16, v. 22. **וישלח שאו** I, Reg. 21, 26. **אל תבטחו** Jer. 7, v. 4. **אזיקו**
 2.Sam. 21, 7. **ויוחמל המלך** Jer. 7, v. 17. **והאינך ראיה** ubi ante
מ est Zakephkaton. Ad hunc terminum & alterum incisum,
 quod facere dicitur Accusativus, refero etiam sensum eum, qui
 post supra descriptum prius incisum exordium sumit à **כי** quod
 e. g. in Gen. legimus: cap. 6, v. 6. **ויהוה כיר עשה אר** -
בארץ הארם. Hic **כי** reducit **בארץ הארם** ad legiti-
 mum Accusativum **Und** siehe mit Verdruß den Menschen 'an wel-
 chen er auff Erden gemacher hatte Gen. 6, v. 5. **וירא יהוה** Gen. 14,
 14. **ותרא לאה** Gen. 28, v. 6. **עשו וירא** Gen. 30, 9. **וירא אברם**
וירא I. I. **וירא ארנו** cap. 39, v. 3. **וירא אונן** cap. 38, v. 9.
וירא רור I. Sam. 23, 7. **וירא נדעון** Jud. 6: 22. **וירא לעקב**
ווגר לשאו: quod tamen etiam referri potest ad verbum
 concreterum cujus prædicata secundum incisum faciunt si ad hanc
 regulam reducam. **Und** man verriech dem Saul den David / wel-
 cher in Keila kommen war / I. Sam. 31, v. 5. **וירא** Jer. 22, v. 15. **התמלך**
כי Jer. 10, v. 23. **וירעתו יהוה כי ל**. Et in libris chaldaicis **רי** va-
 lens idem quod **כי**, sicut & aliàs in Ebraicis **אשר** rectè acce-
 ptū Dan. 5, 14. **ושמעת עליך רי**, & audiivi in te spiritum Deorum.
 Reliqua loca copiosè occurrentia taceo.

13. Imò extenditur illud **כי** etiam ad ipsam ratiocinatio-
 nem Mich. 2, vers. 10. **לא** - זאת המנוחה **קומו ולכו** ratio
 Num. 14, 42. **אל תעלו כי** Es. 12, v. 5. **זמרו יהוה כי** Esa. 28, v. 28.
כי ל Nabum. 1, v. 7. **טוב יהוה** ubi Lamed
 in voce seq. **למען** **כי** supplet, unde tunc rectè Lamed il-
B
lud

Iud ex loco per Latinorum *in puncto vel ratione, juxta &c.* vel reduco.

14. Refero porro ad hunc legitimum Accusativum Infinitum subjectum cum suis prædicatis vel ei analogum, item sensum eum includo primo inciso, juxta principia præsupposita in duobus accentibus primario consistentia, quem statim excipit, **כאשר** vel ei homogeneum in quo casu & Infinitum & particula reducenda sunt ad nominalentiam. In summa finis rei, quæ in primo inciso ponitur, ponitur in secundo Genes. 18, v. 21. **ואראה הכצעקתה הכאר** &c. ubi ה notat finem & consequenter analogicè ad hanc regulam reducitur præsertim cum resolutio in nomen hic sit facilis Genes. 11, 5. **וירד ירוה** Gen. 31, 19. **ולבן הלך** Gen. 31, 28. **ולא נמשחני** sequitur Infinitum Accusativascens **לנשק** Es. 1, v. 12. **וכי תבאו לראות** Gen. 31, v. 29. **וירא** Num. 25, v. 2. **ותקראן** quod exemplum quamvis non quadret in priori inciso, quadrat tamen in posteriori ratione infiniti quod quasiivi Lev. 3, 4. **ויעש משה** Gen. 43, 16. **ויעש האיש** Num. 3, 42. **ויפקר משה** Num. 20, 27. **ויעש משה** Num. 23, v. 3. **ויעש כלק** Num. 27, 22. **משה**. Datur etiam aliud quoddam **כאשר** quod nominativum sapit, ut Es. 26, v. 18. **חרינו חלנו כמו** &c. Ubi nominativus cum Nominativo confertur, de quo negotio in regula comparationis agam.

15. Huc usque per occasionem regulæ tertiæ generalis egi de nomine & verbo regente Accusativum sequentem. Propono ergo etiam dativum primi incisi respicientem Accusativum secundi, & econtra Accusativum primi respicientem dativum secundi, imo Accusativum primi si ad latinitatis normam redigas constructionem, respicientes Accusativum secundi incisi, imò non raro simpliciter invertitur, ut Accusativus præcedat in sua concretescentia, & verbum cum suis adjunctis occupet incisum Athnach. Jer. 6, 30. **קראו להם כסף נמאס** accusat: **קראו להם** vocantur. Et ex his principiis, quod ex regula de verbo concreto patefceret magis, etiam prius incisum ab accusativo & verbo ita ut nominativus concretescens trahatur ad Athnach, Exemplum vid.

vid. in ultimo cap. scripture sacre V. T. videlicet 36.2. Chron. v. &
 נבכרנאצר מלך כבכר עליו עליה. Imo loco accusativi, po-
 nit solet etiam ablativus per particulas legitimas accusativas cense-
 & cum alius accusativus superveniat inducit significationem
 Die zu aut. derer so viel aut etliche Gen. 47. 2. ומקצרה אחיו i. e.
 seiner Brüder, Lev. 18, 29. כי כל אשר &c. ubi sequens מכל
 accusativus est. Supervacaneum fere duco, etiam hic enarra-
 re, quomodo Accusativus & Nominativus regantur ab inciso
 secundo, ita ut verbum cum suo determinate primum occupet.
 Nam ex præcedentibus hæc colligi posse videtur Lev. 22. v. 15.
 ועשית וולא יחרלו ratio positus est manifesta Exod. 25. v. 26.
 ארז והנתכר cap. 25. 37. ויצקרו Lev. 6. v. 16. ויצקרו Exod. 37. 13.
 Jer. 18. לתאמרן - תאמרן Ef. 8. 12. למקום Num. 13. v. 25. כספך
 וזהרתה את הם Exod. 18. v. 20. רגע אדבר v. 7. ונתתם
 Jer. 27. v. 4. וצוית אתם Ezech. 31. 11. ואתנהו ubi
 equipollet dativo Jos. 24. 4. ואתן Jer. 27 v. 10. כי שקר Eccle-
 siast. 1, 8. כל חרברים Hag. 1, v. 10. על-כן עליכם.

16. Reg: 4. Subjectum habet Zakephkaton quando a-
 ctio ejus vel passio immediatè trahitur ad Athnach, & econtra
 prædicatum in verbis & nominibus latens subjacet regimini
 Zakephkaton, cum subjectum immediate desinit in Athnach.
 Frequentissimè adhibetur in scriptura adscripta regula, & veri-
 ficatur etiam in vocativo rectè constituto, sive ut prius, sive ut
 posterius incisum constituat, ubi non accuratè observabo vim
 terminorum logicorum, agam enim ut nihilominus rectè in-
 telligar. Sic cantic. 5. 9. מה רורך מרורה יפורה כנשיים.
 Ubi O Venustissima sceminarum habet prædicatum מה רורך
 cum tantum sit apostrophe, sed talis tamen cujus pars aliqua
 prædicatur de vocata, ad quod non respicio Cantic. 5. 17. אנרו
 Jonæ 4, v. 3. כען מלכתי נהפך את שמעו Jerem. 34, 4. ועתה יהוה
 Ezech. 22. 2. יהוה אל חינו ועתה יהוה Ezech. 26. 13. ואתה יהוה
 Deut. 28. ואתה יהוה Deut. 22. 20. ואתה צאני Ezech. 34, 17.
 והיו חייך תלאים לך מנגד Cap. 28. 66. ויהיו כך 46.
 Quod exem-
 plum cum non quadrare videatur studio adscripti: subjectum est
 חייך non pertinet hic ad prædicatum sed ad subjectum, id-
 eo, in primo inciso rectè collocatur. Vita tua erit, quid autem?

non stabilis certa & florens, sed suspensa i.e. dubia. Pro ratione autem sensus etiam sine omni absurditate potest cum prædicato uni inciso includi, subjecto relato ad aliud, ut Esa. 2. & Jos. 5, v. 5. **כִּי מַלִּים הָיוּ** Jud. 9, v. 46. **וַיִּשְׁמְעוּ** cap. 10, v. 3. Jerem. 5, v. 21. **וְנִאֲזַחְתָּ** c. 32, v. 3. **אֲשֶׁר כָּלֵאוּ** 2. Sam. 23, v. 22. **אֱלֹהֵי** והאנשים 1. Sam. 9, v. 15. **וַיְהִי גִלְרָה** 1. Sam. 25, v. 15. **וַיִּהְיֶה** 2, Reg: 6, v. 8. **אֲרָם** quod statim excipit **וַיִּהְיֶה**, facit enim cū participio prædicato Imperfectum pro ratione n. consequentis contextus præteritorum *futura* *ascendorum* positus hujus copulæ variat Dan. 2, v. 37. **אֲנַתָּה מְלַכָּה** Ezech. 16, 51. **וַיִּשְׁמְרוּן** 2. Reg. 17, v. 3. **עָלֶיךָ** 2. Reg. 24, v. 1. **בִּימֵי עֵלֶיךָ** 2. Reg. 25, vers. 20. **וַיִּקַּח אֹתָם** Amos. 9, 10. **כַּחֲרֹב יִמְתּוּ** Nabum, LV, II. **מִמֶּךָ** Ezech. 16, 49. **הֲנֵחָה זֶה הָיָה** Hof. 13, v. 15. **כִּי הָיָה** Esther, 1, vers. 9. **וְהַמֶּלֶךְ כּוֹרֵשׁ** Ezech. 45, v. 16. **וְגַם וְשֵׁנֵי הַמֶּלֶךְ כּוֹרֵשׁ** (forfan hic haberet aliquis materiam probandi Nomen constructum posse etiam habere ה articulare.) Gen. 4, 1. **וְהַתְּבַרְכוּ** Gen. 22, vers. 18. **וְשִׁמְעֵאל בְּנֹו** וְהָאָרָם Gen. 36, v. 32. **וַיִּמְלֹךְ** Gen. 50, v. 9. **וַיַּעַל עִמּוֹ** Deut. 18, 10. **וַיִּמְצָא** Ef. 5, v. 18. **מִכָּל אֶיךָ מִנְּהַל לֵה מִכָּל** ubi mכל, sicut supra demonstratum est nominativus citat, ad modum juxta quem vim Accusativi inducat nomen ita affectum. 1. Sam. 31, v. 11. **וַיִּשְׁמְעוּ** Exod. 12, v. 49. **תּוֹרָה** Lev. 22, 6. **אֲשֶׁר נִפְשׁ** Deut. 6, v. 7. **וּשְׁנַנְתֶּם** Ef. 9, v. 2. **כִּלְקַכְרָה** Dan. 2, v. 12. **כִּי בָנוּחַ** Jos. 17, v. 6. **הָעַם הַחַלְכִים**. Referendum est etiam illud Gen. 27, v. 42. **וַיִּגַּר לְרַבְקָה** & similia. Sic ut ad generalia redeam Jer. 26, v. 17. **וַיִּקְוּ** ubi **וַיִּקְוּ** idem est quod Rabinorum **קָצַת אֶרֶץ** Jos. 2, v. 2. **וַיֹּאמֶר** Lev. 4, 10. **מִשׁ רֹזֵחַ** quod duplici ratione sub centrum horum venire potest Deut. 4, v. 24. **כִּי יִהְיֶה** Num. 15, v. 33. **וַיִּקְרִיבוּ**

17. In primis observandum est subjectum occupare incisum prius, quando particula quæ debet præcedere juxta ordinem naturæ, sequitur, Lev. 13, v. 9. **נִנְעָה צִרְעָתָהּ כִּי תִהְיֶה בְּאָרֶם** &c. 2. Sā. **כִּי בָנוּעַ** vel **כִּי תִהְיֶה נִנְעָה** Lev. 13, 24. **כִּי תִהְיֶה בְּנִלְבַע** at hoc commodius refertur ad Vocativum **חַבְבָּא**.

bac. 2. v. 4. הנה עפלה Num. 18, 21. ולבני לוי, quod dupliciter gaudet privilegio Jud. 17, 5. והאיש Num. 35, v. 19. הוא האל דהא ubi הוה emphaticè repetitum subjecti prædicata suscipit, & ita non tam ad hanc, quam priores regulas pertinet.

18. Non incommodè etiam allego sub hac regula quarta quæ subjectum à prædicato per diversa incisiva separat, subjectum vel prædicatum aliquando latius describi, ita ut descriptio nominum & nobis jam propositum incisum quærat. Non volo autem istud, quod Gen. 13, v. 13. ואנשי סרם רעים והטאים. In quo non describitur subjectum propriè sed prædicatione afficitur, cum aliud genus prædicati aliàs hic non occurrat. Sed simile & analogum quid Gen. 41, 28. הוא הרבר אשר רכרתי. Confer. Lev. 14, v. 32. זאת תורת. quod etiam referatur merito ad duplicatum Genitivum. 1, Sam. 17, v. 41. וירך ה'ך, quod exemplum est quidem alienum ratione ministri at non Regis. Gen. 50, 26. וימת יוסף. quod ex duplici principio tali accentuatione gaudet Levit. 21. versu 7. ומנרשי הערבים Num. 14, vers. 36. ונאמרו האנשים Num. 19, 2. זאת תקרא. Num. 20, 13. מריבה. Num. 34, v. 17. אל השמות. Num. 13, 29. כי יע. cap. 27, 16. ופקר. כי המצוה. Deut. 30, v. 11. ועברתם. שם. Deut. 4, 28. חזה ציון. quod quamvis ad accusativum propriè pertineat, tamen cum prædicatū describatur huc referre volui, Deut. 4, 7. וזה הרבר. El 37, 22. ונגש העם. Esa. 3, 5. כיו מי. גוי גרור. 1, Sam. 29, 5. זה רוד. Jer. 17, 7. הלא זה רוד. Reg. 18, v. 35. וישבתם בארץ. Ezech. 36, 28. זה העם. Jerem. 52, 28. מי בכר. Chron. 34, 14. וכהוציאם. At hoc dupliciter ad regulam 4. generalem pertinet.

19. Reg. 5. Duratio & tempus, circumstantia & locus propositionibus & partibus ejus inservientia quoad geminum incisum, cum inferioribus ducibus & ministris absolvendum huic disputationi subjacent. Demonstrabo hæc primum, deinde confirmabo ad Gen. 8, 10. ויחל עור & præstolabatur (Noah verbo includitur) adhuc שבעת ימים אחרים *septem dies alios.*

B 3

Hic

Hic duratio facit unum incisum Gen. 37. v. 15 וַיִּמְצְאוּ אִישׁ
 Et inveniebat eum vir quidam וַהֲנֵה תַעֲרֶה & ecce errans i. e.
 dum errabat. Der Mann traf ihn an eben zu der Zeit / da er irre gieng.
 Conferatur Gen. 11. v. 12. וַיִּמָּטְרָה אֶרֶץ שׁוּר וַיִּמָּטְרָה אֶרֶץ עֵיֶן
 Conferatur Jud. 9. v. 39. וַיִּמָּטְרָה אֶרֶץ הַחֵרֶם
 קים Gen. 13. v. 17. וַיִּלְכֹּד מֶשֶׁרַיִם וַיִּצַּח גַּעֲלֵן
 כיום ההוא Elsa. 26. v. 1. כימים ההם Judic. ult. v. ult. וַיִּלְכֹּד
 El. 28. v. 24. וְהָכֵל הַיּוֹם וְהָכֵל הַיּוֹם 1 Sam. 6. v. 13. וְכִי
 ubi video statuendum esse ellipsin ב particulae, quod alias faciendum non
 est, nisi urgeat necessitas. Nam extra hoc nondum video qui
 accentuatio talis בית שמש competere posset, localiter ergo
 הלא מעתה El. 38. v. 1. כימים ההם Jer. 3. v. 4. וְכִי
 כי יש Jer. 31. v. 6. וַיִּהְיֶה בְּבֹקֶר 2 Sam. 11. v. 13. כימים הזמרה
 נצרים קראו ubi rigore nostrae regulae ante קראו neces-
 sario ponendum est in sensu Quando q. d. erit dies, in quo &c.
 2 Reg. 24. v. 1. כימים ההם 2 Reg. 20. v. 1. שלש שנים
 Ezech. 43. v. 25. כימים ההם Ezech. 24. v. 27. וְכִי
 וישב Gen. 37. v. 1. וְהָרַעַב הָיָה וַיִּשָּׁב
 Gen. 39. וְשָׁכַנְתִּי וְתַעַשׂ הָאָרֶץ Exod. 29. v. 45. וְתַעַשׂ
 Conferatur cum hoc loco ratione regis 1 Reg. 15. v. 15.
 2 Reg. 12. v. 11. Quorum passha ego etiam suo loco
 vindicabo Jud. 15. v. 14. וּפְלִשְׁתִּים הָרִיעוּ הוּא
 in quo & similibus docemur, quod vau aliquando significet etiam
 quando 1 Sa. 1. v. 4. וַיִּהְיֶה הַיּוֹם וַיִּהְיֶה הַיּוֹם 1 Reg. 1. v. 42.
 מרבר, in quib. aliquoties videmus vau venire pro quando in tali
 accentuatio- ne & sensu. Quadrabit etiam procul omni dubio
 Gen. 40. v. 15. וְגַם גִּבְרֹנִי וְגַם גִּבְרֹנִי Num. 16. versu 25. וְגַם
 unde etiam ratione consequentiae inferretur abesse huius esse loci
 Jer. 33. v. 8. קָרָחִי וְשָׁמַתָּם Mich. 1. v. ult. וְשָׁמַתָּם
 Exod. 28. v. 10. וְשָׁמַתָּם Mich. 1. v. ult. וְשָׁמַתָּם
 El. 30. v. 5. וְשָׁמַתָּם 2 Reg. 3. v. 22. וְשָׁמַתָּם
 Forsan ex his principiis conciliari posset contradictio appa-
 rens Elsa. 9. versu 3. Multiplicasti gentem non multiplicasti
 latitiam. Latantur coram te &c. Ita ut sensus esset: Tu
 evexisti populum, in ea circumstantia, qua non
 magnificasti gaudium i. e. Tu vocas ad tuum Regnum gentes
 eo modo, ob quem ante hac ut latarentur ausam non habuerunt,
 Mich. 5. v. 2. וְיַעֲשֶׂה הָרַעַם Amos. 7. v. 7. וְיַעֲשֶׂה הָרַעַם
 Mich. 5. v. 2. וְיַעֲשֶׂה הָרַעַם

לכן

ואל- מר-25. Ezech. 44. לא דכאו Jer. 44. 10. לכן ותלם
 ותלכנה Ruth. 1. v. 19. המנים Joel:3:19. שוברו Hof.14 v:2.
 אזיעקו Mich.3. v. 4. והרעב Gen.41.v. 56.

20. Ad hanc regulam generalem refero etiam & verò, quandoquidem, quod sane in hoc genere magnam cognationem & cum tempore & cum circumstantia habere deprehenditur Es. 37. v. 19. ויען התרנך אלי ושאנך עלה כאזנו Qui versus repetitur 2. Reg. 19. v. 28. iisdem verbis quæ jam adscriptæ. Et ita demonstratum eo primum rei veritatem, deinde aliquot loca parallela adjiciam. Propter tumultuosè insurgere tuum contra me, & verò superba tua & fastuosa quies ad aures meas pervenit. Quare &c. In quo posita Vau significat, quare, post אלי autem & verò, Germanis Und eben/ aut und es andem ist / daß der Weisbrauch deines glücklichen Fortganges / auß welchem du wieder mich prälest/ zu meinen Ehrentömen; So wil &c. ut clarius demonstrè adduco Jer. 2. in ratione Regis, nam Dux variat, non quidem ratione sensus sed syllabarum & dictionum, nam ut in sequentibus disputationibus demonstrabo, omnit us regulis his inservit etiam passha dux superior. Sit autem Jer. 2. v. 11. הויםיר נוי אלהים והמה הויםיר אלהים Sie aber/ vel ut Luth. Wiewol sie doch nicht Götter sind Jer. 47.7. אך השקטי. At quomodo quiescas, quandoquidem Dominus & cetera verit gladium contra Aschelom &c.

21. Huc pertinet comparatio quando duo extrema componuntur, ut unum alterum vincat & superet. 1. Reg. 14. v. 9. ותיע לעשות מכל אשר היו לפניך. Hic duo extrema sunt Jabbham, & alii reges componuntur seu conferuntur, ut Jabbham vincat malitia reliquos Amos. 3. 2. רק אחכם ירעתו. 2. tantum vos dilexi משפחות הארמה מכל magis quam omnes familias terræ, Ubi termini extremi sunt filii Israel & familie terræ &c.

22. Addo porro duo extrema quæ conferuntur, ut se adæquant vel quasi Jer. 11. v. 13. יהורו יהורו יהורו. Hic duo extrema sunt civitates & Dii ut adæquentur numero Jer. 4. 17. כשמרי שרי Ezech. 22. v. 27. שרי שרי Ezech. 23. v. 44. יבא

Joel. 2. אל חכך. ויהו אפרים Hof. 8. ו. ויבא אליו Hof. 7. כנכירום v. 7.

23. Restant adhuc quædam regulæ, verum eas differo ad disputationem subsequenter, ut modo hæc quinque prius rectè examinari queant, & ea ratione commodius & facilius id quod quærimus assequamur, certitudinem dico constructionis, quæ tempore Lutheri latebat in profundo puteo, quem foderunt nobis Romani Pontifices & superbi & sibiipsis placentes Doctores, dum sua somnia, ut pessimi ardeliones & generales proditores Ecclesiæ meticulosis obrudentes, omnes à scrutinio scripturæ sacræ arcebant.

24. Omnes autem regulas supra traditas, ita affectas esse oportet ut ante Athnach venire possit Tiphcha. Hinc sedulo caveretur positus Munach Tiphcha, Merca simplicis, Thebir, Darga; nam ea ratione Zakephkaton locum habere nequit. Et videntur sanè multa omnino exempla occurrere in Scriptura Sacra, quæ expresse cadant contra regulas nostras quinque, verum videntur tantum. Ne ergo examinatio thesaurum harum in conquisitione nimis laborare necessum habeat, aliquot loca ad seu contra regulas produco.

25. Primo loco contra tertiam regulam quædam mihi incidunt Gen. 31. וירא יעקב. Non recurram jam ad Tipcha non ad brevitatem פני monosyllabi, quod Tiphcha habere non posse videtur non ad imperfectionem accusativi spurii, est enim genitivatus non dupliciter sed simpliciter, ne dicat lector hoc me fingere pro effugio. Sed adducam Gen. 48. v. 8. וירא את בני יוסף ubi idem versus in sensu Grammatico eadem accentuatione repetitur. Hicne causa subsit ejusdem accentuationis? Maximè; nam in disputat: 2. demonstravi eundem versum vel numero, vel eundem quoad sensum Grammaticum repetitum, eadem gaudere accentuatione. Unde non vereor dicere, Jacobus habuisset Zakephkaton fuisse vitium enorme, nam eruditus collegisset hinc ex textu amissam fuisse vocem. Sed quid dicetur ad Gen. 8. v. 20. ויבן נח מזבח ליהוה, ibi non monosyllabū sed syllabū occurrit, cōsequenter potest

potest capere Tiphcha. At nondum cessasse dicerem rationem
 accusativi spurii, qui est Genitivus simpliciter, vel si omnino
 displiceat Genitivus dabo dativum esse & respectivus evadet
 terminus ut Gen. 38, v. 7, ut brevissimis me explicem Gen. 31, 26.
 scriptum est, **יעקב אתלכ לכן הארמי** est accusativus
 genitivus dupliciter **לב לב** autem simpliciter Gen. 12, v. 17.
פרעה. **וננע יהוה את פרעה ננע'ים גרולים ואת ביתו**.
 est accusativus respectivus & spurius, unde regulæ nostræ non
 subjici debet. Quæ tantum propono, ut eruditiores in ratio-
 nibus dandis eruditioribus me informet, ut ita collatis judi-
 ciis res tandem firmetur. Rationes enim latent non tantum
 ratione Accusativi sed & multarum aliarum rerum, quæ eviden-
 tiam secum portant Gen. 29, 1. **וישא יעקב רגליו** Jacob elevabat
 pedes suos Cur hic Jacob non habet Zakephkaton? Respondi:
 quia non habere potest simul etiam Tiphcha, est ergo spurius
 Accusativus. Sed quid disputo, omnium locorum contrario-
 rum ego Deo volente publicè dabo rationem, etiam legitimando
 nominativo, jam addo pauca exempla hic non quadrantia
 Gen. 38, 2. **שם וירא** Gen. 28, 16. **יעקב ויקץ** Gen. 41, 45. **ויקרו**
פרעה Exod. 2, v. ult. **וירר**, Non ovum ovo tam simile, quam
 primum allegato **וירר** juxta sensum Grammaticum hic ipse.
 Exod. 18, v. 27. **וישלח**; ubi urgeri poterit ratio cur & non habeat
 Tiphcha cum aliàs ut in Deuteron: habeat Rebbia Regem: Ra-
 tionem enim à monosyllabis desumptam tantum esse ad im-
 plendum aures ignarum (quod quod ipse probè novi) sæpè
 monosyllaba post Zakephkaton habeant Tiphcha. Ut autem hæc
 sese habeant in collatione amica talia & similia rectè explica-
 buntur. Et imprimis cavere debet in consideratione hujus re-
 gulæ, ne plures causæ effectum debilem corrumpant; alia exem-
 pla vide Exod. 7, 3. **ואני** Num. 21, 51. **ויקה** Deut. 1, 34. **יהוה**
 1. Reg. 11, v. 6. **ויעש**, ubi notandum est, si modo ad Jhovah additum
 fuisset Elohaw salva fuisse omnia sicut alias in aliquot locis Scri-
 pturæ, cum Elohaw additum est. De Regibus dicitur, quod bo-
 num fecerint in oculis Jhova Dei sui, ea enim ratione Geniti-
 vatur accusativus vel quasi.

C

26. In

26. In secunda regula post dicere, etiam videntur multa in contrarium adduci posse, verum ea fieri solent ob duplicatum Zakephkaton ob periodum alloproffallon, & ob intervenientem novam rationem distinctionis, vel ob defectum Tiphcha ante Athnach ponendi. Ut autem non longius secedam ex primo cap: Genes: duos versus confero, tertium dico & sextum. Iste initium habet וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים, hic וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים ibi וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים habet Tiphcha, hic Zakephkaton. Quæritur causa? Respond. Quia וַיֹּאמֶר non potest habere Tiphcha. Rationem quare non possit habere, dare teneor, at fiet id in collatione argumentorum, ut aliis hoc ipso ansam præbeam cogitandi de causa; mecumque conferendi & scrutantem certiozem reddere. Zach. 2. v. 8. Nova intercedit distinctio, quam tamen non nudè in propositione directa occurrere posse quatenus talis est testatur locus Hagg. 2. v. 14. וַיֹּאמֶר Zeph. 3. v. 6, Exod. 10. v. 28. וַיֹּאמֶר 2. Sam. 7. וַיֹּאמֶר לוֹ Jer. 1. 12. וַיֹּאמֶר יְהוָה 1, Reg. 13, 29. וַיֹּאמֶר 2, Reg. 8. v. 11. וַיֹּאמֶר 12, Reg. 12, v. 20. וַיִּקְמוּ. Et quid immoror hisce allegandis, non quadrant enim ad regulam, rationem diversitatis vel monoculus modo non sit luscus deprehendat.

27. In Regula de Vau conversivo etiam videtur occurrere difficultas, at nõ est alicujus momenti, nam Futurum conversivum si non habet prædicata, simpliciter positum, nihil hic facit, nec regulæ nostræ subjicitur Zach. 2. v. 1. וַיִּבְנֶה & עִינֵי, quod duplici laborat imperfectione, ob quam sub nostras regulas venire nequit, nec valet. v. 5. Sic etiam in præterito repetito. Deut. 25. v. 8. alia inepta ad hanc regulam vide Jud. 8, 14. וַיִּלְכֶד Jud. 11, v. 30. וַיִּדָּר. Brevibus ita sunt affecta exempla quæ videntur contraria, ut non possint duci suo generali inservire, sunt officiales habentes vestes coccineas at non gladium. Non digni sunt ergo honore Regis Zakephkaton, qui sensus sibi appropriati tenacissimus solet esse observator & vindex, sicut etiam alii accensus, tam Imperatores, quam Reges & duces, imo ipsi ministri, sine perpetua ratione, locum non mutare nec amittere debent.

28. Contra regulam & de subjecto à prædicato diviso,
 seu

Teu etiam vocativo venire videtur, Zach. 2. v. 10. לָנִי, at nihil est, confirmat eam versus alius in Esra, nec obstat 1. Chron. 1. v. 7. ובנייך Zeph. 1. v. 11. הילילו v. 15. עברה Joel 1. v. 9. הכרת Ezech. 31. v. 13. על מפלתו nam aliud est Amos, 9. 10. בחרב Jon 4. v. 1. וירע 1. Sam. 3. v. 1. ותנער El. 52. v. 4. כי כה &c. Mich. 4. vers. 11. ועתה.

29. Regulam de propositionibus irritam facere videtur Mal. 1. v. 6. בן יכבד Kohel. 1. v. 5. וזרח, quæ non comparari possunt, etiam si videatur, cum Ruth. 1. v. 14. ותשנה In primis dubium movere poterat collatio El. 40. v. 7. יבש חציר cum Joel. 1. v. 10. שדה שרר El. 38. v. 18. כי לא Hag. 2. versu 9. לי הכסף.

30. Contra regulam de nomine & Verbo concreto, cuius prædicatum occupet incisum secundum venire videtur v. 17. Sophon. 3. יהוה אלהיך tantum abest ut hoc regulæ officiat, ut potius fulciat sensum, & ego, quod supra non feci non vereat addere, prædicatum post Achnach si duplex habeat subjectum concretum, id dividere in duo incisa Esra 2. v. 58. כל רבתיים. Huic obstat v. 59. quia triplicata subiecta inducunt diversam rationem.


31. Regulam de subiecto vel prædicato determinando infringere videtur, Nehem. 1. vers. 2. דברי Esther 2. versu 2. ויאמר.

32. Regulæ de tempore adversari videtur Obad. 1. v. 8. הלוהו si צבאות in fine additum fuisset res esset salva. De loco v. 17. ובהר. De comparatione Habac. 1. v. 14. ותעשה Cant. 6. v. 9. מי זאת. Cant. 7. v. 4. צוארך Circumstantiar: 1. Sam. 23. v. 18. ארץ locus qui collatus cum 2. Samuel. 1. versu 25. ארץ create videtur difficultatem. Sed quicquid sit, regulam nõ infringit. Confer Jer. 18. v. 17. כרוח 1. Reg. 3. vers. 10. וישב Hof. 2. v. 10. ועתה Tempor. 1. Chron. 27. v. 1. וירחי.

33. Hic subiecto & repeto in tota hac disputatione petendum.

dum & dandum esse Athnach, unde eos versus qui non habent Athnach; quorum magna est copia, adeo ut in. 3. cap. Lament: Jer: inter 60. versus unus tantum sit, qui habeat Athnach. Et in toto cap. 5. à כֹּרֶךְ usque ad כֹּרֶךְ, quorum illud initium, hoc finem capit is facit ne unicum quidem Athnach reperiatur quare his meis regulis non subjacent. Et multa alia, præter ea quæ allegavi, exempla videntur contrariari. Verum ut sint assecta, ego teneor in discursu publico contrariorum dare rationes, quas etiam si necessitas efflagitaverit, speciali disputatione vel ipsa quarta pro memoria à me daturum proponere possum, ut constantia ipsorum ex scriptura Sacra proberur. Ordinarie autem proxima disputatione agendum erit de regulis aliquot, quas angustia chartæ hic exclusit, & de ducibus superioribus, ita ut ferè eadem materia tractari videatur.





potest capere Tiphcha. At nondum cessasse dicerem
 accusativi spurii, qui est Genitivus simpliciter, vel
 displiceat Genitivus dabo dativum esse & respectiv
 terminus ut Gen. 38, v. 7. ut brevissimis me explicem
 scriptum est, ויגנב יעקב את לב לכן הארמי est a
 genitivus dupliciter לב לכן autem simpliciter Ge
 ויגנב יעקב את פרעה נגע'ם גדולים ואת ביתו. H
 est accusativus respectivus & spurius, unde regula n
 subjici debet. Quæ tantum propono, ut eruditores
 nibus dandis eruditioribus me informet, ut ita col
 ciis res tandem firmetur. Rationes enim latent not
 ratione Accusativi sed & multarum aliarum rerum, qu
 tiam secum portant Gen. 29, v. 1. וישא יעקב רגליו Jacob
 pedes suos Cur hic Jacob non habet Zakephkaton?
 quia non habere potest simul etiam Tiphcha, est ergo
 Accusativus. Sed quid disputo, omnium locorum c
 rum ego Deo volente publicè dabo rationem, etiam le
 do nominativo, jam addo pauca exempla hic non qu
 Gen. 38, 2. וירא שם Gen. 28, 16. ויקץ יעקב Gen. 41, 45.
 פרעה Exod. 2, v. ult. וירגז, Non ovum ovo tam simi
 primum allegato וירגז juxta sensum Grammaticum
 Exod. 18, v. 27. וישלח; ubi urgeri poterit ratio cur & no
 Tiphcha cum aliàs ut in Deuteron; habeat Rebhia Re
 tionem enim à monosyllabis desumptam tantum est
 plendum aures ignaricum (quod quod ipse probè no
 monosyllaba post Zakephkaton habeant Tiphcha. Ut au
 sese habeant in collatione amica talia & similia rectè
 buntur. Et in primis cavere debet in consideratione
 gula, ne plures causæ effectum debilem corrumpant; al
 pla vide Exod. 7, 3. ואני Num. 21, 51. ויקח Deut. 1, 34. ויה
 1. Reg. 11, v. 6. ויעש, ubi notandum est, si modo ad Jhovah
 fuisset Elohaw salva fuisse omnia sicut alias in aliquot le
 pturæ, cum Elohaw additum est. De Regibus dicitur, qu
 num fecerint in oculis Jhova Dei sui, ea enim ratione
 vatur accusativus vel quasi.

C

